453

Mierzwino antiqua

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Branscensibus p... ...tus Jacobus olim Andreae Bogusz sanus mente et corpore ... libere recognovit. Quia nobilibus Paulo et Francisci Kalinow... ...sowska relictae consorti primi olim Joannis Mierzwienski ... Jacobi Karczewski et ipsorum posteris obligationem suam terrae immobilis in bonis Mierzwino antiqua consisten. sibi recognoscenti per olim nobilem Joannem Mierzwienski in duodecem florenis polon. inscript. cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis sua ac parata Intromissione possessione tuitione Evictione et liganentis in originali Inscriptione contentis deinittit omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam ipsorum et eorum successorum plenarie transfert et transfundit Intromissionem illis ... realem per Ministerialem et nobiles duos officios ... ...ptandam admittendo.

Markowski — Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus p... comparens nobilis Paulus olim Mathiae Markowski sanus mente et corpore ... palam publice ac libere recognovit. Quia sibi nobilis Nicolaus olim Josephi Markowski Triginta florenos polon. debiti coram Actis ... Branscen. inscripti persolvit ideo ipsum quietat et Inscriptionem cum toto effectu cassat et annihilat perpetuo.

Przewuski et Radziszewski mutua — Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Branscen. p... comparentes Generosus Paulus Przewuski ab una et nobilis Andreas Radziszewski olim Petri filius partibus ex alia sani mentibus et corporibus existentes palam ac libere recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se se mutuo et invicem de omnibus protestationibus vulnerum obductionibus citationibus actionibus ratione gravaminis iniuriarum et differentiarum ad quodcunque Judicium et officium institut. ... concordiam et ... sufficientem satisfactionem quietant emittunt et liberos faciunt. Protestationes obductiones vulnerum et Decreta omnia cum toto effectu cassant et annihilant perpetuis temporibus.

Buiny — Exemptio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscensibus p... comparens nobilis Michael olim Balthazari Sniecienski sanus mente et corpore ... ac libere recognovit. Quia sibi nobilis Marianus olim Stanislai Sniecienski ex obligatione bonorum immobilium in haereditate Buiny consisten. sibi recognoscenti per eandem inscript. summam septem florenorum polon. realiter effective integro persolvit ideo ipsum recepta et manualiter levata pecunia quietat emittit et liberum facit Inscriptionem eiusmodi ... cassat annihil. et mortificat ac de bonis suprascriptis ... Personali sua recognitione in praemissis mediante.

453